

Ecclesie deserte remanent clericis vel monachis proventus solitos 40
 non habentibus. Orietur^l commune scandalum. Ad papam 41
 current^m | miseri, ut ab eo pascantur. Dicunt iterum: Si procedit 42
 hoc mutuum, non diu durare poterit nec per istud regis potest satis- 43
 fieri indigentie. Cum ergo consumptum fuerit, eadem erit | regis 44
 necessitas, nec quicquam ei credent Romani, nisi eis ecclesiarum 45
 arces immo et nostre proprie obligentur. Et quicquid nunc potest, 46
 tunc poterit perdurante necessitatis articulo allega|teⁿ, sicque num- 47
 quam^o pacem^o habebit ecclesia, que idcirco providit de decima, ut 48
 posset expensarum honera^p evitare. Qui vero consulunt simpliciter 49
 obligari salva tamen restrictione^q predicta, | dicunt, quod in neces- 50
 sitate huiusmodi excedendus est omnis modus et sic providendum 51
 est regi, ut venturus^r eventus soli domino reservetur. Et si quid obi- 52
 citur in contrarium, non | solvunt aliter, nisi quod tanta necessitas 53
 lege caret, in qua modus est modum penitus non servare. Alioquin 54
 cadit negotium, ruit rex inclitus et Romanam ecclesiam in pre|cipi- 55
 tium secum trahit. Vivendum^s est igitur, quantum licebit vivere, et 56
 futuris temporibus dominus providebit. Inter hec angimur nec vide- 57
 mus consilium utile, cum ex omni latere | sint angustie, quamquam 58
 sit multis facile dicere: Fiat, fiat. Et papam solum sequatur exitus 59
 difficultas, et preter periculum conscientie perpetua committetur 60
 infamia, quod sit ecclesie dissilpator. Vos igitur, carissimi filii, qui- 61
 bus deus omnipotens et pater luminum intellectum tribuit lumino- 62
 sum, vestrum date consilium, quod et fratres vestri nobiscum expec- 63
 tant. Vidistis | enim litteram legati Francie fratris vestri, qui, cum 64
 nos certos reddiderit, quod^t in tempus longum nil potest regi mite- 65
 re pro expensis, si quid ei solvendum imponimus, | sufficienter 66
 remanet excusatus. Demum licet discretus sit nuntius, quem trans- 67
 mittimus^u, quia tamen verba sunt immobilia, que litteris commen- 68
 dantur, planum^v et plenum^v vestrum con|silium nobis rescribere 69
 nullatenus ommittatis. Dat. Perusii, III non. augusti, pontificatus^w 70
 nostri^w anno primo. 71

l) oritur α m) recurrent θ n) allegare α o-o) pacem num-
 quam β p) onera α q) restitutione α r) futurus β s) vi-
 dendum θ t) et θ u) transmisimus α v-v) plenum et planum α
 w-w) *fehlt* α